



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 3. An commutari possint in minùs æquale?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

quæ acceptetur. Vide prædictos Authores.

Q 3. An commutari possint in minus æquale?

R. Etsi commutatio dicat æqualitatem; tamen probabiliter possunt commutari in aliquid minus, dummodò non sit notabiliter minus. Quod maximè verum est in sententiâ probatorum Authorum docentium, voventem posse propriâ autoritate votum suum commutare in evidenter æquale: aliàs enim privilegium esset inutile; & credibile est, Papam delegantem facultatem commutandi, voluisse concedere aliquam benignitatem, & tacitè indulgere ut commutationi admisceatur aliquid dispensationis. Bonacina in 2. Decal. præc. q. 2. pu. 7. §. 3. n. 11. Emm. Rodriquez Sum. to. 2. c. 100. n. 4. & alii, quos sequitur Diana p. 1. tr. 11. R. 40. & p. 3. tr. 5. n. 25. &c. Quod etiam valdè probabile censet Lessius n. 109.

Rectè autem observant Layman,
de

256. P. 3. De Jubilæo extraordinario.
de Voto c. 8. n. 24. Portel Dub. Regular.
v. Voti commutatio n. 43. & alii, itando
etiam in contrariâ sententiâ, non de-
bere Confessarios hac in re esse nimis
serupulosos; cum æqualitas in com-
mutatione votorum non debeat esse
mathematica, sed moralis, ad arbi-
trium boni viri, seclusâ fraude & gra-
vi ignorantia.

Valebit etiam probabiliter com-
mutatio, etiamsi in multò minus,
dummodò vovens suppleat id quod
deest ad æqualitatem materiæ subro-
gatæ cum promissâ. Sanchez in Decal.
l. 4. c. 51. n. 11. Diana p. 2. tr. 2.
miscell. R. 7. Tamburin. in Decal. l. 3. c.
16. §. 5. n. 9. &c.

Q. 4. An requiratur causa ad istam
commutationem?

R. Non requiritur alia causa, quàm
ea, ob quam Pontifex dictam facul-
tatem concedit, cum onere implendi
opera in Jubilæo præscripta, præter
illud in quod fit mutatio. Suarez sup.
c. 19. n. 10. Sanchez c. 50. num. 19.

Portel